



Circa doctrinam et Canones transmissos...  
derationem, ut minime quam fieri poterat alterarentur: tamen visum est addere  
in fine 3. cap. in doctrina ubi dicitur, et contactus, ne si permissum foret,  
quissiam arbitraretur in sancta ordinatione, etiam pernegationem sufficere aliq  
contactu.

Circa in doctrina cap. ubi in 2. linea vel circa post Episcopos, qui ab uno summo  
vicario in terris habebatur, ablata fuerunt duae dubitationes, sed, uno summo, loco qua  
dum positum fuit, vera, et ratio fuit, quia ubi uno summo, videbatur inquirere plures  
vicarios Christi vicarios, quod nec de facili concedendum est, nam sicut legatur  
de Apostolis Quos operis tui vicarios: Vicarios, inquit, operis, non vicarios Christi.  
Vbi aliqui antiqui Patres eo usi sunt verbo eo tempore, quo nondum insurrexerat  
heresis contra Rom. Pontificatum: Id non docuerunt postquam insurrexerunt hinc  
faciens in Dei Ecclesia, ut minime fecerunt sequentes Patres, ac magistri  
eorum discipuli ac filii. Quamvis etiam pie dici possit quilibet Ecclesia mi  
nistri, Christi in terris vicarios gerere, dum sacramentales actus exercet: Ve  
runtamen, quia oritur suspicio apud nonnullos, ut ij, qui tantum urgent  
Episcopos esse vicarios Domini, vel a Christo institutos, vel a Spiritu sancto posi  
tis regere Dei Ecclesiam ne ab hinc perditionibus, veluti elucere aliquot  
falsas illationes: ideo abstinere visum est ab uno summo, et per vera. Cum communis  
totius Ecclesiae consensus pro vero Christi in terris vicario complectitur intelligat  
Rom. Pontificem, et ad maiorem claritatem addita sunt etiam illa verba. In univ  
sum orbem, usq, doctore inclusivae. Addita quoq, sunt illa verba, dependentem ab  
eodem Christi vicario, usq, ad verbum obtinere, inclusivae. Nam ex prefato  
Concilio, quod nec a depravato animo ante quare potest, nam si auctoritas ipsius  
Concilij rejiciatur, procul dubio etiam Tridentini Concilij auctoritas minus subsistet.

In vij. quoq, Canone, ne s. synodus videretur damnare quam plures doctores de  
Catholica Ecclesia bene meritos, quorum opinio est, Christum Dominum nostrum tantummodo  
instituisse Petrum Episcopum, reliquos vero per Petrum, vel saltem ipsius auctoritate

fuisse institutos, mutata fuerunt illa uerba Episcopos in Episcopatus ordinem, uel  
gradus, eo quod Canon ita dispositus non excludit Episcopos a (pro) parte institutos  
et saltem utraq; opinioni, reddatur, illustror, et uniuersalior sensus. Tollitur  
etiam occasio (ut dictum est) inferendi nonnullas falsas illationes, ueluti, quod Epi  
quoad iurisdictionem non debeant a Rom. Pont. quodq; non possit illos admini-  
strationis limites prescribere, neq; casus aliquos sibi tantummodo restringere, et id  
genus multa, cum etiam quia nulla necessitas apparet ex hoc Canone, ut propositus  
est, uel ueritas speratur: qui quidem lex est, cuius natura est, ut ob comune  
bonum fiat: ac plura alia deducuntur a Reg. D. Canonibus, quae proximitate  
obuitanda graua praetermissa sunt. Ideo uidetur Canon posse aperire ut supra.

Quod si Patres conuenire nequeant poterit proponi in hunc modum, uiz. Si quis  
dixerit Episcopos a Rom. Pont. in partem sollicitudinis assumptos non esse pos-  
tos a Spiritu sancto ad regendam partem Ecclesiae suae sollicitudini commissa:  
aut sancta ordinatione non esse sacerdotibus maiores 27 uidetur posse  
admittere

Proat uero propositus fuerat, uiz. Si quis dixerit Epos non esse positus a  
spiritu sancto 27. Licet uideantur adduci illa uerba ex actis Apostolicis  
et sunt D. Pauli ibidem recitata, ex quibus pie intellectus nullus potest oriri  
error, tamen non sunt ad propositum huius Canonis firmandi in ecc. Catholica  
tum quia non ad uniuersalem, sed tantummodo ad Episcopatum Ecclesiam dicta  
sunt: tum etiam, in quo posuit uos Episcopos, ibi Episcopos non intelligitur  
de ipsis tantummodo, qui erant Episcopali ordine, uel gradu insigniti, sed de  
maioribus natu Ecclesiae, id est, de senioribus Ecclesiae Episcopis. Nam  
inquit paulo ante A. Mileto aut mittens Episcopum uocauit maiores natu  
Ecclesiae, qui cum uenissent 27. Sicq; liquet uocasse b. Paulum, et  
appellasse Episcopos presbyteros, et eadem inconuenientia ex hoc Canone  
sequerentur, et falso inferri possent cum nulla fiat mentio dependentiae  
Epos a Rom. Pont. Nam si Epi positi sunt a Spiritu sancto, regere

Ecclesiam, non potest Pont. Rom. ipsos ab huiusmodi regimine transferre, vel amovere  
nisi Spiritus sanctus contradicat. Et sic addendo illa uerba a Dom. Pont. in par-  
tem sollicitudinis assumptos, clarior redditur sensus, et percutiuntur haeretici  
anathemate, asserentis Epōs a Dom. Pont. dependentes esse larvas papales 27  
Et etiam ne uideantur Epī praesse uniuersali Ecclesiae, quod est Petri, et suc-  
cessorum priuilegium, addita sunt illa uerba ad regendam partem Ecclesiae  
suae sollicitudini comissa

Possent quoque idem Canon sic disponi: Si quis dixerit Epōs nullatenus a Crō in-  
stitutos, aut sa. ta. 29 Nam non potest infici, quin, quo ad ordinem Episcopos inhi-  
tutos esse a Crō principaliter, et effectiue, mediante ministerio consecrantis, sive  
consecrantium, qui tantum nudum exhibent ministerium: Crōs uero imprimunt  
characterem ab alijs distinctum secundum Canonistas, uel secundum Theologos  
ampliat, sive adauget characterem sacerdotalem, sive Presbyteratus

Quo uero ad 8. Canonem: Cum ista praesentia turbulentijs in his temporibus  
quibus Crō inconsutilis tunica infirmus pene scindatur, frustis, summo opere  
conandum est, ut unitas capitis, sine qua aliarum partium nulla re integrandi  
spes superest, firma maneat. Est enim Pontificia auctoritas in Dom. Pont. ad  
reliquum Ecc. corpus ueluti radix ad arborem, fons ad riuulos, et caput ad  
corpus: nempe radice uigor ad quoslibet uelutis ramos diffunditur: si fons  
etiam abundanter scaturit, riuulo inde emanantes uberrime defluunt:  
Capiti etiam sano, reliquis membris eius uirtus diffunditur. At laesa radice  
arescit arbor: exsiccato fonte, riuulo exarescunt: abscisso capite, membra  
omnia intereunt. Sic quippe quam diu persistet, prout usque ad finem saeculi  
persistet Dom. Pont. auctoritas, et potestas, remanebit et uniuersorum membrorum  
harmonia, ac spes salutis. At si membra aliqua ab huiusmodi unitate seualta fuerint  
uel Diuina quadam ira, ac indignatione in reatum ipsorum peram, aut cordis  
duritiem, uel mentis coecitatem, praecisa fuerint, et in reprobum sensum tradita  
non minuetur ob id capitis ipsius potestas et auctoritas: licet in Emō praecisa,  
ac reprobata membra eius uirtutem non diffundat: sicuti non desinit scaturire

fontes, licet inde fossi, ac obtusi riuuli inde aquam non sauriant. Ceterum  
est igitur ab omnibus, qui pacem, tranquillitatem, ac unitatem Christi gregis  
affectant, ut petra, super quam totius Ecc<sup>ie</sup> edificij celsitudo confirmatur  
firmitas integra maneat, alioquin in precipitum ruet, neque ob id potest  
inferi aduersus Ecclesiam super petram fundatam graualebunt. Potius  
nempe nedum fortunas omnes, uerum etiam uitam perdere, quod esset iurari  
pro dignitate capitis tuenda, ac conseruanda deberet, quicunq[ue] Christiano  
nomine gloriatur.

### Canon viij

Si quis dixerit Ep<sup>os</sup> non esse subordinatos a Deo, et ab ipso institutos, ut a Vicario  
suo pro tempore existente, cui semper de mente sua sive bonus, sive malus sit, et  
bene, sive male precipiat, et gubernet, et obtemperare, non sint ordinati, et ab-  
sumpti ad dignitatem, et inuisidionem Ep<sup>alem</sup>, ita quod ex hoc non sint superiores  
et moderatores alior, ecclesiasticor, ipsi in curam et subiectionem datis ab ipso  
Vicario de ordine Dei Anathema sit.

### Canon xij

Si quis dixerit non esse a Deo institutum, quod Petrus, et successores Petri in U<sup>ni</sup>  
uersali sui filij, scilicet in Rom. Pontificatu, et primatu uniuersalis Ecclesie  
Sabeant potestatem ligandi, et soluendi, et providendi de bonis ecc<sup>ie</sup>  
libito suo, et faciendi quemadmodum faceret ipse Christus si esset in terris, et  
per consequens non esse similes superiores omnibus Prelatis, que quibus  
alijs ecc<sup>ie</sup> personis in temporalibus et spiritualibus, ita quod eis liceat  
condemnare, eos absolueri, et punire ad libitum suum, et similiter  
laicos omnes in spiritualibus indifferenter cum sint ipsi vicarijs  
subditi Anathema sit.